

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSES

P. OVIDIO NASONE
METAMORFOSI

Dumque ea Cephenum medio Danaeus heros
 agmine commemorat, fremida regalia turba
 atria complentur, nec coniugialia festa
 qui canat est clamor, sed qui fera nuntiet arma;
 5 inque repentinos conuiuia uersa tumultus
 adsimilare freto possis, quod saeua quietum
 uentorum rabies motis exasperat undis.
 primus in his Phineus, belli temerarius auctor,
 fraxineam quatiens aeratae cuspidis hastam
 10 «en» ait, «en adsum praereptae coniugis ultor!
 nec mihi te pennae nec falsum uersus in aurum
 Iuppiter eripiet». conanti mittere Cepheus
 «quid facis?» exclamat «quae te, germane, furem
 mens agit in facinus? meritisne haec gratia tantis
 15 redditur? hac uitam seruatae dote rependis?
 quam tibi non Perseus, uerum si quaeris, ademit,
 sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon,
 sed quae uisceribus ueniebat belua ponti

L'eroe figlio di Danae in mezzo ai Cefeni questo
 racconta, e intanto gli atrî regali s'empiono di folla
 fremente. Non è il clamore di chi inneggia
 agli sposi, ma di chi annuncia uno scontro di armi.
 5 Il banchetto, mutato d'un tratto in tumulto,
 assomiglia a un mare tranquillo che la cruda
 rabbia dei venti sconvolge con turbine d'onde.
 Il primo è Fineo: è lui che ha provocato la rissa e ora,
 agitando la lancia di frassino dalla punta di bronzo,
 10 «Eccomi» grida, «sono qui a vendicare la sposa rapita:
 a me non potranno sottrarti né le ali né Giove mutato
 in oro posticcio!». Stava già per tirare, ma Cefeo
 «Che fai?» gridò «qual follia, o fratello, ti spinge
 al delitto? Così lo ringrazi per quello che ha fatto?
 15 Questo è il compenso per averle salvato la vita?
 Non è Perseo che te l'ha tolta, se guardi bene,
 ma l'ira delle Nereidi divine, ma Ammone cornuto,
 ma il mostro marino, venuto a saziarsi della carne

1-83. EMNU BFGLP

1. *cumque* U F 2. *fremida ... turba* Δ P: *fremitu ... turb(a)e* E²cM²N^c BFGL
 6. *posses* U L 15. *seruatam* N^cU F^{3c} 18. *ponti*: -to G^{3c} χ (Heinsius)

exsaturanda meis. illo tibi tempore rapta est
 20 quo peritura fuit – nisi si crudelis id ipsum
 exigis, ut pereat, luctuque leuabere nostro.
 scilicet haud satis est quod te spectante reuincta est
 et nullam quod opem patruus sponsusue tulisti;
 insuper a quoquam quod sit seruata dolebis
 25 praemiaque eripies? quae si tibi magna uidentur,
 ex illis scopulis ubi erant adfixa petisses!
 nunc sine qui petiit, per quem haec non orba senectus,
 ferre quod et meritis et uoce est pactus, eumque
 non tibi, sed certae praelatum intellege morti».
 30 ille nihil contra, sed et hunc et Persea uultu
 alterno spectans petat hunc ignorat an illum;
 cunctatusque breui contortam uiribus hastam,
 quantas ira dabat, nequiquam in Persea misit.
 ut stetit illa toro, stratis tum denique Perseus
 35 exsiluit teloque ferox inimica remisso
 pectora rupisset, nisi post altaria Phineus
 isset et (indignum!) scelerato profuit ara.
 fronte tamen Rhoeti non inrita cuspis adhaesit;
 qui postquam cecidit ferrumque ex osse reuulsum est,
 40 calcitrat et positas aspergit sanguine mensas.
 tum uero indomitas ardescit uulgius in iras
 telaque coniciunt, et sunt qui Cephea dicunt
 cum genero debere mori; sed limine tecti
 exierat Cepheus, testatus iusque fidemque
 45 hospitiique deos ea se prohibente moueri.
 Bellica Pallas adest et protegit aegide fratrem
 datque animos. erat Indus Athis, quem flumine Gange

20. si: tu NU 26. erat N^{ac}U B^{ac} 27. nunc: hunc v² χ | haec om. φ 34.
 ut st- Δ: et st- N L: at st- FG: astiit B (deest P mutilus) 39. osse: hoste EM^{ac}N^{ac}
 B 42. dicant U^{ac} BP

della mia carne. Lei ti fu tolta nell'attimo stesso in cui
 10 fu deciso che così fosse – tranne che tu non sia tanto
 crudele da volere la sua morte e gioire del mio lutto.
 Non ti basta che sia stata legata sotto i tuoi occhi
 senza che tu, suo zio o suo promesso, le dessi un aiuto:
 in aggiunta, ti dispiace che qualcuno l'abbia salvata
 15 e lo privi del premio? Se questo ti sembra eccessivo,
 dovevi andarci tu stesso sugli scogli dov'era legata!
 Chi dunque c'è andato, facendomi un vecchio felice,
 ottenga il premio pattuito a parole e vinto coi fatti;
 e sappi che l'ho preferito non a te ma a morte sicura!».
 20 L'altro non ribatté, ma guardando ora Cefeo
 ora Perseo, incerto quale colpire, dopo breve
 indugio, scagliò la lancia con la forza
 dell'ira, mirando a Perseo, ma lo mancò:
 si conficcò nel divano. Perseo balzò su dai cuscini,
 25 e scagliandola avrebbe a sua volta, nell'ira, squarciato
 il petto nemico, se Fineo non avesse trovato riparo
 dietro all'altare: e l'altare – infamia! – proteste quell'empio.
 Il colpo però non fu vano: trafisse la fronte di Reto,
 che cadde e, strappandosi il ferro dall'osso,
 30 scalciò, e di sangue imbrattò la mensa imbandita.
 A quel punto la folla s'accende d'indomabile ira:
 volano lance, c'è chi grida che Cefeo, col genero,
 deve morire: ma Cefeo dal palazzo, intanto,
 era fuggito, giurando su giustizia, lealtà e dèi
 35 ospitali, che quello accadeva contro la sua volontà.
 Appare Pallade in armi, protegge con l'egida il fratello
 e gli infonde coraggio. C'era un indiano, Ati: si diceva

<

<

edita Limnaee uitreis peperisse sub undis
 creditur, egregius forma, quam diuite cultu
 50 augebat, bis adhuc octonis integer annis,
 indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
 aureus; ornabant aurata monilia collum
 et madidos murra curuum crinale capillos.
 ille quidem iaculo quamuis distantia misso
 55 figere doctus erat, sed tendere doctior arcus;
 tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
 stipite, qui media positus fumabat in ara,
 perculit et fractis confudit in ossibus ora.
 hunc ubi laudatos iactantem in sanguine uultus
 60 Assyrius uidit Lycabas, iunctissimus illi
 et comes et ueri non dissimulator amoris,
 postquam exhalantem sub acerbo uulnere uitam
 deplorauit Athin, quos ille tetenderat arcus
 arripit et «mecum tibi sint certamina» dixit,
 65 «nec longum pueri fato laetabere, quo plus
 inuidiae quam laudis habes». haec omnia nondum
 dixerat; emicuit neruo penetrabile telum
 uitatumque tamen sinuosa ueste pependit.
 uertit in hunc harpen spectatam caede Medusae
 70 Acrisioniades adigitque in pectus; at ille
 iam moriens oculis sub nocte natantibus atra
 circumspexit Athin seque acclinauit ad illum
 et tulit ad manes iunctae solacia mortis.

Ecce Suenites genitus Metione Phorbas
 75 et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam,

48. *Limnaee Magnus: limnate peioraque* Ω: *Limnatis* Heinsius | *undis: antris* G (Heinsius) 53. *curuum crinale: cobibebat mitra* B^c v χ 59. *laudatos* Δ: *f(o)ed-* M²VU Σ 65. *fato pueri* B: *p. e fato* NU 69. *spectatum* BF^{nc}G¹ (*fedatam* G^{3s}): *spectata* M^c 70. *adiitque* E^{nc}M^{nc} G^{nc}: *abditque* E^{2c} (Heinsius) 72. *inclinauit* φ | *ad: in* B¹

l'avesse partorito, sotto acque lucenti, Limnee, figlia
 del fiume Gange. Era di grande bellezza, accresciuta
 10 da ricche vesti: nel fiore dei suoi sedici anni,
 indossava un mantello di Tiro orlato di un bordo
 d'oro; dorati monili ornavano il collo, un diadema
 ricurvo i capelli impregnati di mirra.
 Sapeva centrare il bersaglio con l'asta anche
 15 molto distante, e tirare ancor meglio con l'arco.
 Pur ora tendeva le corna dell'arco con mano precisa,
 Perseo lo colpì con un tizzone colto che ancora fumava
 sopra l'altare, gli ruppe le ossa sfigurandogli il volto.
 Vedendo quegli occhi stupendi lordati di sangue,
 60 Licabante l'assiro, a lui molto legato – come
 compagno, ma anche, non lo nasconde, di vero amore –,
 dopo aver pianto su Ati, spirato a causa del colpo
 crudele, afferra l'arco che quello imbracciava
 e «Ora con me te la vedi» dice, «non godrai
 65 a lungo della morte del ragazzo, che ti arreca
 più vergogna che gloria». Non aveva ancora finito,
 che già la freccia acuminata vola via dalla corda:
 da Perseo schivata, s'impigliò nelle pieghe della veste.
 Il nipote d'Acrisio vibrò la scimitarra famosa, usata
 70 contro Medusa, gliela immerse nel petto. Quello,
 morendo, gli occhi persi in una tenebra cupa,
 si girò alla ricerca di Ati, si abbandonò sul suo corpo,
 portò tra le ombre il conforto della morte comune.

Ecco Forbante di Siene, figlio di Metione, e il libico
 75 Anfimedonte: smaniosi di entrare nello scontro,

sanguine quo late tellus madefacta tepebat
 conciderant lapsi; surgentibus obstitit ensis,
 alterius costis, iugulo Phorbantis adactus.
 at non Actoriden Erytum, cui lata bipennis
 80 telum erat, hamato Perseus petit ense, sed altis
 exstantem signis multaeque in pondere massae
 ingentem manibus tollit cratera duabus
 infligitque uiro; rutilum uomit ille cruorem
 et resupinus humum moribundo uertice pulsat.
 85 inde Semiramio Polydegmona sanguine cretum
 Caucasiumque Abarin Sperchionidenque Lycetum
 intonsumque comas Helicen Phlegyanque Clytumque
 sternit et exstructos morientum calcat acervos.

Nec Phineus ausus concurrere comminus hosti
 90 intorquet iaculum, quod detulit error in Idan
 expertem frustra belli et neutra arma secutum.
 ille tuens oculis immitem Phinea toruis
 «quandoquidem in partes» ait «abstrahor, accipe, Phineu,
 quem fecisti hostem pensaue hoc uulnere uulnus».
 95 iamque remissurus tractum de corpore telum
 sanguine defectos cecidit conlapsus in artus.
 tum quoque Cephenum post regem primus Hodites
 ense iacet Clymeni; Prothoenora percutit Hypseus,
 Hypsea Lyncides. fuit et grandaeuus in illis
 100 Emathion, aequi cultor timidusque deorum,
 qui, quoniam prohibent anni bellare, loquendo
 pugnat et incessit scelerataque deuouet arma;

84-160. EMNU BFGL(P)

80. hamato χ: a(d/m)moto Ω (quid P n. l.) 83. infligitque φ 84-160. paene
 desunt in P mutilo 88. exstructos: instr- EM 89. nec om. EM^{ac} | ausus erat
 EM(N^{ac})(U^{ac}) 93. atrabor BG 95. corpore U^{2v} Σ: uulnere Δ: pectore ζ
 97. tu(m/nc) Δ: hic M^v Σ (hinc G): dux Riese: tu (... iaces) Haupt 102. deuouet
 M²N^{2c}U^c φ: -cat Ω

scivolarono sul molto sangue che impregnava
 il tiepido suolo, e caddero; al loro levarsi la spada
 s'oppose, puntata dell'uno al costato, di Forbante
 alla gola. Ma non con la spada ricurva Perseo aggredi
 80 Erito, figlio di Attore, armato di larga bipenne:
 una coppa a figure sbalzate, enorme, massiccia, <
 pesante, sollevò a due mani, la schiantò
 sul nemico, che vomitò un rosso fiotto di sangue
 e, cadendo all'indietro, morì battendo la testa in terra.
 85 Abbatte poi Polidegmone, della schiatta di Semiramide,
 e Abari del Caucaso, e Liceto figlio di Sperchio,
 ed Elice dalla chioma intonsa, e Flegia e Clito
 – cammina tra mucchi di corpi di moribondi.

Non osando Fineo affrontare da presso il nemico,
 90 scaglia la lancia: per errore, essa cade su Ida,
 che invano aveva evitato lo scontro restando neutrale.
 Questi, fissando con occhi torvi Fineo crudele,
 «Poiché sono costretto a schierarmi» dice, «eccoti,
 Fineo, il nuovo nemico e paga colpo per colpo!».
 95 E sta per vibrare la lancia, strappata alle sue proprie carni,
 ma cade, non più sorretto da membra esangui. <
 Cade allora, sotto la spada di Climeno, anche Odite,
 il più nobile dopo il re dei Cefeni; Isseo colpisce Protenore,
 il nipote di Linceo, Isseo. C'era pure il vecchissimo
 100 Emazione, amante del giusto, degli dèi timorato.
 Questi, impedito dagli anni a combattere, combatte
 a parole, s'avanza, condanna la rissa scellerata.

huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis
decutit ense caput, quod protinus incidit arae
105 atque ibi semianimi uerba execrancia lingua
edidit et medios animam exspirauit in ignes.

Hinc gemini fratres Broteasque et caestibus Ammon
inuicti, uinci si possent caestibus enses,
Phinea cecidere manu Cererisque sacerdos
110 Ampycus albenti uelatus tempora uitta.
tu quoque, Lampetide, non hos adhibendus ad usus,
sed qui, pacis opus, citharam cum uoce moueres;
iussus eras celebrare dapes festumque canendo.
quem procul adstantem plectrumque imbelles tenentem
115 Paetalus inridens «Stygiis cane cetera» dixit
«manibus» et laeuo mucronem tempore fixit;
concidit et digitis morientibus ille retemptat
fila lyrae, casuque fuit miserabile carmen.
nec sinit hunc impune ferox cecidisse Lycormas
120 raptaque de dextro robusta repagula posti
ossibus inlisit mediae ceruicis; at ille
procubuit terrae mactati more iuueni.
demere temptabat laeui quoque robora postis
Cinyphius Pelates; temptanti dextera fixa est
125 cuspidem Marmaridae Corythi lignoque cohaesit;
haerenti latus hausit Abas, nec corrui ille,
sed retinente manum moriens e poste pependit.
Sternitur et Melaneus, Perseia castra secutus,

Mentre abbraccia l'altare con mani tremanti,
con la spada Cromi gli mozza la testa, che cade
105 sull'ara, dove con lingua morente sussurra parole
di maledizione e, tra le fiamme, esala il respiro.

Qui, i gemelli Brotea e Ammone, invincibili
al pugilato (ma possono le spade esser vinte dai pugni?),
cadono per mano di Fineo, e così Ampico, sacerdote
110 di Cerere, le tempie velate di candida benda.
E tu pure, figlio di Lampeto, non fatto per queste cose,
ma per suonare la cetra, strumento di pace, e cantare:
dovevi allietare col canto la festa e il banchetto.
Stava appartato, il figlio di Lampeto, col mite plectro,
115 Petalo con scherno gli fa «Canta il resto alle ombre
di Stige!» e gli affonda il pugnale nella tempia sinistra.
Crolla, e con le dita morenti torna a saggiare le corde
della cetra, ne esce, per caso, un toccante motivo.
Licorma infuriato non lascia che la sua morte resti
120 impunita, e strappata dal battente di destra la spranga
possente, gli sfonda le ossa in mezzo alla testa; quello
stramazza a terra al modo di un giovenco immolato.
Pelate di Libia cercava lui pure di svellere la spranga
dal battente sinistro: la destra, trafitta dalla lancia
125 di Corito della Marmarica, restava inchiodata al legno;
così bloccato, fu colto al fianco da Abante, non cadde,
restò appeso morente allo stipite che tratteneva la mano.
Cade anche Melaneo, partigiano di Perseo,

104. *decutit*: *demetit* U^{3v} χ (Heinsius) 105. *semianimi* N^{ac}U^{ac}: -*mis* Ω 108.
inuictis (ut uid.) E^{ac}M^{ac} 112. *moueres*: *mouendo* BF¹GL 113. del. Hart-
man | *canebas* N^c F^{2s} φ 114. *cui ... astanti ... tenenti* B^{2c}L 115. *Paetalus*
U¹ Housman (sic fere Plan): *pact*- N: *pet*- uel *pett*- uel *pect*- Ω: *Pedasus* Ehwald
116. *laeuo*: *s(a)euum* EM¹U^{4s} 118. *fuit* EM BF¹L: *canit* N^cU^{2c} F^{2-3v}G: *ferit*
Housman Tarrant 119. *ferus* FL 120. *posti* U^{3c}, Priscianus VII 70: *poste*
Ω 121. *i(n)lisit* E^{2c}U^{4c} F^{ac}, Priscianus: *el- Δ Σ*: *imm*- U^{2c} F^{2c} φ 127. *ma-*
num E^{ac}: *manu* Ω | *e*: *de* φ 128. *melaneus* Plan: *menaleus* Ω

et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri,
 130 diues agri Dorylas, quo non possederat alter
 latius aut totidem tollebat farris aceruos.
 huius in obliquo missum stetit inguine ferrum
 (letifer ille locus); quem postquam uulneris auctor
 singultantem animam et uersantem lumina uidit
 135 Bactrius Halcyoneus, «hoc, quod premis» inquit, «habeto
 de tot agris terrae» corpusque exsangue reliquit.
 torquet in hunc hastam calido de uulnere raptam
 ultor Abantiades, media quae nare recepta
 ceruice exacta est in partesque eminent ambas.
 140 dumque manum Fortuna iuuat, Clytiumque Claninque,
 matre satos una, diuerso uulnere fudit;
 nam Clytii per utrumque graui librata lacerto
 fraxinus acta femur, iaculum Clanis ore momordit.
 occidit et Celadon Mendesium, occidit Astreus
 145 (matre Palaestina, dubio genitore creatus),
 Aethionque sagax quondam uentura uidere,
 tunc aue deceptus falsa, regisque Thoactes
 armiger et caeso genitore infamis Agyrtes.
 Plus tamen exhausto superest; namque omnibus unum
 150 opprimere est animus, coniurata undique pugnant
 agmina pro causa meritum impugnante fidemque.
 hac pro parte socer frustra pius et noua coniunx
 cum genetrice fauent ululatuque atria complent;
 sed sonus armorum superat gemitusque cadentum,
 155 pollutosque simul multo Bellona Penates
 sanguine perfundit renouataque proelia miscet.
 circueunt unum Phineus et mille secuti

131. *farris* E^cM^{2c}U^{3c} BGL: *turis* (E^{ac})(M^{ac})N(U^{ac}) F 142. *grauis*: *grauis* EM¹:
grauis est NU 150. *coniurataque* B φ: *iurataque* Heinsius | *certant* NU 151.
impugnare E^{ac}M¹N^{ac}U 155. *semel* χ (Heinsius) 156. *perfundit*: *-fudit*
 BFG: *profu(n)dit* φ

e Dorila, ricchissimo di terre in Nasamonia:
 130 Dorila, così ricco di campi, che nessuno ne aveva
 di più, o ammassava più mucchi d'incenso.
 Un ferro scagliato gli entrò nell'inguine, obliquo:
 è un punto mortale. Come lo vide il suo feritore,
 Alcioneo della Battria, rantolare e stravolgere
 135 gli occhi, «Tienti la terra su cui giaci, tu che tanta
 ne possiedi!» disse, lasciando il corpo privo di vita.
 Contro costui, per vendetta, ritorse la lancia strappata
 alla ferita ancor calda il nipote d'Abante: entrata
 in pieno naso, riuscì dalla nuca, sporgendo davanti e di dietro.
 140 La Fortuna gli guida la mano, ma Clizio e Clani,
 nati d'unica madre, annientò con diversa ferita:
 un'asta di frassino, scagliata con forza, attraversa
 entrambe le cosce di Clizio, Clani morde un giavellotto
 coi denti. Cade anche Celadonte di Mende, e Astreo,
 145 nato da madre palestinese e da padre incerto,
 ed Etione, che ben sapeva, finora, prevedere il futuro e
 adesso è ingannato da falso presagio, e Toatte, scudiero
 del re, e Agirte, l'infame assassino di suo padre.
 Ma il più resta ancora da fare. Tutti infatti vogliono
 150 uccidere uno solo: da ogni parte schiere concordi
 lo attaccano, mosse da un intento contrario a giustizia e lealtà.
 Con lui sono il suocero, invano leale, e la nuova sposa
 e sua madre, che riempiono l'atrio di urla e lamenti;
 ma il suono delle armi e il gemitto di chi cade
 155 prevale, Bellona allaga di sangue la casa
 ormai profanata e intreccia duelli sempre nuovi.
 Contro quel solo si stringono Fineo e i mille

Phinea; tela uolant hiberna grandine plura
 praeter utrumque latus praeterque et lumen et aures.
 160 applicat hicumeros ad magnae saxa columnae
 tutaque terga gerens aduersaque in agmina uersus
 sustinet instantes; instabat parte sinistra
 Chaonius Molpeus, dextra Nabataeus Echemmon.
 tigris ut auditis diuersa ualle duorum
 165 exstimulata fame mugitibus armentorum
 nescit utro potius ruat et ruere ardet utroque,
 sic dubius Perseus dextra laeuane feratur
 Molpea traieci summouit uulnere cruris
 contentusque fuga est; neque enim dat tempus Echemmon,
 170 sed furit et, cupiens alto dare uulnera collo,
 non circumspectis exactum uiribus ensem
 fregit in extrema percussae parte columnae;
 lammina dissiluit dominique in gutture fixa est.
 non tamen ad letum causas satis illa ualentes
 175 plaga dedit; trepidum Perseus et inertia frustra
 braccia tendentem Cyllenide confodit harpe.
 Verum ubi uirtutem turbae succumbere uidit,
 «auxilium» Perseus, «quoniam sic cogitis ipsi»
 dixit, «ab hoste petam. uultus auertite uestros,
 180 si quis amicus adest!» et Gorgonis extulit ora.
 «quaere alium, tua quem moueant oracula» dixit
 Thescelus, utque manu iaculum fatale parabat
 mittere, in hoc haesit signum de marmore gestu.
 proximus huic Ampyx animi plenissima magni
 185 pectora Lyncidae gladio petit, inque petendo

161-345. EMNU BFGLP

160. *hinc* BFGL 162. *instabant* χ 168. *uulnera* E^cM(U^{ac}) F^{ac} 169.
fug(a)e E^{ac}M^l 172. *in* M^{2s}: *et* Ω (om. M^l) 175. *inermia* U^{2v} B^{2c} φ
 181. *oracula* E^l(M^{ac})NU: *miracula* BFLP W Tarrant 183. *gestum* N^cU F

che seguono Fineo; le frecce piovono come grandine,
 sfiorandolo di qua e di là, e gli occhi e gli orecchi.
 160 Lui appoggia la schiena alla pietra d'una grande
 colonna, con le spalle sicure, rivolto agli assalitori,
 sostiene l'assedio. Lo incalza da sinistra Molpeo
 di Caonia, da destra Echemmone di Nabatea.
 Come una tigre in preda alla fame, udendo
 165 i muggiti di due armenti in valli diverse, non sa
 su chi prima avventarsi, ma su entrambi vorrebbe,
 così Perseo, incerto se colpire a destra o a sinistra,
 si libera di Molpeo trafiggendolo a una gamba,
 e lo lascia fuggire: Echemmone infatti non
 170 gli dà tregua, infuria, e tenta di colpirlo lassù,
 sul collo, ma sbaglia misura e spezza la spada,
 finita con forza sulla parte alta della colonna:
 la lama schizza e s'infigge nella gola del suo padrone.
 Ma il colpo non basta a causarne la morte:
 175 disperato, invano tende le braccia ormai prive
 di forza, Perseo lo trapassa con la spada cillenica.
 Vedendo però che il valore ormai soccombeva
 al numero, Perseo disse: «Poiché mi ci costringete,
 chiederò soccorso a una nemica. Girate gli occhi, se c'è
 180 qualche amico!». Ed estrasse la testa della Gorgone.
 «Cercati qualcun altro da spaventare coi tuoi oracoli!»
 dice Tescelo, e sta per scagliare il ferro mortale,
 ma s'inceppe in quel gesto – statua di marmo.
 Accanto a lui, Ampice s'avventa contro il petto ricolmo
 185 di grande coraggio del nipote di Linceo, e nel farlo

dextera deriguit nec citra mota nec ultra est.
 at Nileus, qui se genitum septemplane Nilo
 ementitus erat, clipeo quoque flumina septem
 argento partim, partim caelauerat auro,
 190 «aspice» ait, «Perseu, nostrae primordia gentis;
 magna ferēs tacitas solacia mortis ad umbras,
 a tanto cecidisse uiro» – pars ultima uocis
 in medio suppressa sono est, adaperataque uelle
 ora loqui credas, nec sunt ea peruia uerbis.
 195 increpat hos «uitio»que «animi, non uiribus» inquit
 «Gorgoneis torpetis», Eryx; «incurrite mecum
 et prosternite humi iuuenem magica arma mouentem».
 incursurus erat: tenuit uestigia tellus,
 immotusque silex armataque mansit imago.
 200 hi tamen ex merito poenas subiere, sed unus
 miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aconteus,
 Gorgone conspecta saxo concreuit oborto.
 quem ratus Astyages etiamnum uiuere, longo
 ense ferit; sonuit tinnitibus ensis acutis.
 205 dum stupet Astyages, naturam traxit eandem
 marmoreoque manet uultus mirantis in ore.
 nomina longa mora est media de plebe uirorum
 dicere; bis centum restabant corpora pugnae,
 Gorgone bis centum riguerunt corpora uisa.
 210 Paenitet iniusti tum denique Phinea belli.
 sed quid agat? simulacra uidet diuersa figuris
 agnoscitque suos et nomine quemque uocatum
 poscit opem credensque parum sibi proxima tangit
 corpora; marmor erant. auertitur atque ita supplex

186. est om. o χ (prob. Heinsius) 195. non E^cM^oU^c B^cF^{2c}G: cum M¹N^{ac} L^{ac}
 (tum L^{2c}): cur M^{2s}N^c(U^{ac}) B^{ac}P 199. silex EM^{ac}U^{2s} G: silet M^{2c}NU BFLP
 210. tunc. nunc P

la mano si blocca, non si muove né di qua né di là.
 Nileo, allora (si spacciava per figlio del settemplane
 Nilo, e anche sullo scudo portava, in rilievo,
 i sette fiumi, parte in argento, parte in oro),
 190 «Guarda» dice, «Perseo, il capostipite del mio popolo!
 Ti sarà di grande conforto, lì tra le ombre silenziose,
 l'esser caduto per mano d'un simile eroe». Alle ultime
 parole la voce si smorza, e pare, così a bocca aperta,
 sforzarsi di dire, ma le parole non escono più.
 195 Li apostrofa Erice «Per mancanza di coraggio» dice
 «restate lì inermi, non per la Gorgone. Venite con me
 all'attacco e abbattete questo giovane che agita magiche
 armi!». E sta per slanciarsi: la terra gli trattiene
 il passo, resta immobile sasso, statua di guerriero.
 200 Costoro furono giustamente puniti: ma c'era un soldato
 di Perseo, Aconteo, che mentre si batteva per lui
 guardò la Gorgone e si consolidò in un pezzo di pietra.
 Credendolo ancor vivo, Astiage lo colpisce con una
 lunga spada: la spada risuona con sinistre vibrazioni.
 205 Astiage, nel mentre stupisce, diventa lui pure di sasso,
 il suo volto rimane fissato nel marmo in preda a stupore.
 Lungo sarebbe passare in rassegna i guerrieri
 di minor valore: duecento restavano i corpi a lottare,
 duecento, al vedere la Gorgone, si irrigidirono.
 210 Si pentì finalmente Fineo dell'ingiusta contesa.
 Ma cosa poteva fare? Vede statue in pose diverse,
 riconosce i suoi, ciascuno chiamando per nome invoca
 in aiuto, e, non credendo a sé stesso, tocca i corpi
 vicini: erano marmo. Si gira, e così, suplice, le mani,

- 215 confessasque manus obliquaque brachia tendens
«uincis» ait, «Perseu; remoue tua monstra tuaeque
saxificos uultus, quaecumque est, tolle Medusae,
tolle, precor. non nos odium regnique cupido
compulit ad bellum; pro coniuge mouimus arma.
220 causa fuit meritis melior tua, tempore nostra.
non cessisse piget. nihil, o fortissime, praeter
hanc animam concede mihi, tua cetera sunt».
talia dicenti neque eum quem uoce rogabat
respicere audenti «quod» ait, «timidissime» Perseus,
225 «et possum tribuisse et magnum est munus inerti
(pone metum) tribuam: nullo uiolabere ferro.
quin etiam mansura dabo monimenta per aeuum,
inque domo soceri semper spectabere nostri,
ut mea se sponsi soletur imagine coniunx».
230 dixit et in partem Phorcynida transtulit illam,
ad quam se trepido Phineus obuenterat ore.
tum quoque conanti sua uertere lumina ceruix
deriguit saxoque oculorum induruit umor;
sed tamen os timidum uultusque in marmore supplex
235 summissaeque manus faciesque obnoxia mansit.
Victor Abantiades patrios cum coniuge muros
intrat et immeriti uindex ultorque parentis
adgreditur Proetum; nam fratre per arma fugato
Acrisioneas Proetus possederat arces.
240 sed nec ope armorum nec quam male ceperat arce
torua colubriferi superauit lumina monstri.
Te tamen, o paruae rector, Polydecta, Seriphi,
nec iuuenis uirtus per tot spectata labores
nec mala mollierant, sed inexorabile durus

- 111 le braccia protese di chi ammette la colpa,
«Hai vinto» dice, «Perseo! Allontana il prodigio, toglì
il volto che rende di pietra – qualunque cosa sia – di Medusa.
Toglilo, ti prego. Non l'odio, non la brama di regno
mi hanno spinto alla guerra: per la sposa ho preso le armi.
110 Dalla tua c'è il valore, dalla mia l'esser prima.
Mi pento di non aver ceduto. A me, o fortissimo,
non concedere nulla tranne la vita: tutto il resto sia tuo!».
Questo diceva, e non osava guardare colui al quale
parlava. «Quello» replicò Perseo «che ti posso
111 concedere, pauroso Fineo, è gran dono per un imbecille:
te lo concederò, non temere: non sarai toccato da ferro.
Ma farò qualcosa che ti renderà memorando per sempre:
nella casa di mio suocero ti si potrà ammirare in eterno,
affinché mia moglie si consoli alla vista di chi doveva sposare.»
110 Disse, e girò la testa della figlia di Forco
dalla parte verso cui Fineo guardava.
Quello tentò di girare altrove lo sguardo, ma il collo
si irrigidì, l'umore degli occhi si rapprese in sasso –
ma volto terrorizzato e sguardo implorante restarono
111 anche nel marmo, le mani protese, il senso di colpa.
Il nipote d'Abante, vittorioso, ritorna con la sposa
tra le patrie mura e assale Preto, per vendicare
e punire l'oltraggio subito dal colpevole nonno:
Preto s'era preso la rocca d'Acrisio scacciando in armi
140 il fratello; ma né le armi né la rocca mal conquistata
vinsero il torvo sguardo del mostro anguicrinoto.
Eppure tu, re della piccola Serifo, Polidette, non ti lasci
scalfire né dal coraggio del giovane in tante imprese
provato, né dalla sua mala sorte: il tuo odio è sempre

216. tua: fera χ (Heinsius) 217. est φ: ea Ω 220. melior meritis BP
224. Perseus Bothe: Phineu Ω, edd. 230. phorcynida: cepbeida E¹(M^{ac})(N^{ac})
B^{2c}(F^{ac})P 232. uertere: flectere M^{2v} P

245 exerceo odium, nec iniqua finis in ira est;
 detrectas etiam laudem fictamque Medusae
 arguis esse necem. «dabimus tibi pignora ueri;
 parcite luminibus!» Perseus ait oraque regis
 ore Medusaeo silicem sine sanguine fecit.
 250 Hactenus aurigenae comitem Tritonia fratri
 se dedit; inde caua circumdata nube Seriphon
 deserit, a dextra Cythno Gyaroque relictis,
 quaque super pontum uia uisa breuissima Thebas
 uirginumque Heliconam petit. quo monte potita
 255 constitit et doctas sic est adfata sorores:
 «fama noui fontis nostras peruenit ad aures,
 dura Medusaei quem praepetis ungula rupit.
 is mihi causa uiae. uolui mirabile factum
 cernere; uidi ipsum materno sanguine nasci».
 260 excipit Vranie: «quaecumque est causa uidendi
 has tibi, diua, domos, animo gratissima nostro es.
 uera tamen fama est; est Pegasus huius origo
 fontis» et ad latices deduxit Pallada sacros.
 quae mirata diu factas pedis ictibus undas
 265 siluarum lucos circumspicit antiquarum
 antraque et innumeris distinctas floribus herbas,
 felicesque uocat pariter studioque locoque
 Mnemonidas. quam sic adfata est una sororum:
 «o, nisi te uirtus opera ad maiora tulisset,
 270 in partem uentura chori Tritonia nostri,
 uera refers meritoque probas artesque locumque,
 et gratam sortem, tutae modo simus, habemus.
 sed (uetitum est adeo sceleri nihil) omnia terrent

245. *iniqua: enim tibi* NU¹ 246. *laudem* Δ: -es Σ 252. *a: at* E^{ac}M^{ac}N^{ac}U
 F(P^{ac}?) | *Cythno Plan: cipro* Ω 258. *factum: monstrum* e^v χ (Heinsius)
 261. *es* Heinsius: *est* N Σ: om. E^{ac}MU 262. *est*² NU: *et* Ω | *origo est* M B
 267. *studiique locique* BFGP 271. *artemque* F^cP

141 implacabile, la tua ira ingiusta non ha fine.
 Disprezzi perfino l'impresa gloriosa, sostieni non vera
 l'uccisione di Medusa. «Te ne darò la prova. Girate
 gli occhi!» dice Perseo, e col volto di Medusa
 fa del volto del re una pietra priva di sangue.
 140 Fin qui la Tritonia accompagna il fratello nato dalla
 pioggia d'oro. Da qui, da Serifo, dentro una nube
 riparte, lasciando a destra Citno e Giaro e, per la via
 che le sembra più breve, sopra il mare, va alla terra
 di Tebe, al monte Elicona delle vergini Muse. Qui
 141 giunta, si ferma, e così si rivolge alle dotte sorelle:
 «È venuta alle mie orecchie la fama della sorgente
 scaturita sotto lo zoccolo del cavallo alato, nato
 dal sangue di Medusa. Per questo sono qui. Volevo
 vedere il prodigio, giacché ho visto nascere il cavallo».
 160 Replica Urania: «Quale che sia la ragione per cui visiti,
 o dea, la nostra casa, noi te ne siamo assai grate.
 Ma la fama è veritiera: è Pegaso che ha generato
 la fonte», e conduce la dea alla sacra sorgente. Costei,
 dopo avere a lungo ammirato le onde nate dal colpo
 165 di zoccolo, osserva attorno la radura d'antica foresta,
 e gli antri, e l'erba punteggiata d'innumeri fiori,
 e beate dichiara le figlie di Mnemosine, per il canto
 e per il luogo. Così le risponde una delle sorelle:
 «O tu che, se il tuo valore non t'avesse portato più
 170 in alto, Tritonia, saresti entrata a far parte del nostro
 coro, tu dici il vero, a ragione elogi le arti e i luoghi:
 è grato il nostro destino, purché siamo protette.
 Eppure (non ha limiti il male) tutto atterrisce le menti

<
<

uirgineas mentes, dirusque ante ora Pyreneus
 275 uertitur et nondum tota me mente recepi.
 Daulida Threicio Phoceaue milite rura
 ceperat ille ferox iniustaque regna tenebat.
 templa petebamus Parnasia; uidit euntes
 nostraque fallaci ueneratus numina uultu
 280 "Mnemonides" (cognorat enim), "consistite" dixit
 "nec dubitate, precor, tecto graue sidus et imbrem"
 (imber erat) "uitare meo; subiere minores
 saepe casas superi". dictis et tempore motae
 adnuimusque uiro primasque intrauimus aedes.
 285 desierant imbres, uictoque Aquilonibus Austro
 fusca repurgato fugiebant nubila caelo.
 impetus ire fuit; claudit sua tecta Pyreneus
 uimque parat, quam nos sumptis effugimus alis.
 ipse secuturo similis stetit arduus arce
 290 "qua" que "uia est uobis, erit et mihi" dixit "eadem"
 seque iacit uecors e summae culmine turris
 et cadit in uultus discussisque ossibus oris
 tundit humum moriens sclerato sanguine tinctam».

Musa loquebatur; pennae sonuere per auras,
 295 uoxque salutantum ramis ueniebat ab altis.
 suspicit et linguae quaerit tam certa loquentes
 unde sonent hominemque putat Ioue nata locutum;
 ales erat, numeroque nouem sua fata querentes
 institerant ramis imitantes omnia picae.
 300 miranti sic orsa deae dea: «nuper et istae
 auxerunt uolucrum uictae certamine turbam.

276. milite: limite EM¹N^c (ex limine) (U^{ac}?) 279. nomina EM¹ F^{ac}LP^{c?}
 280. cognouit BL et fort. F^{ac} 281. sidus: frigus NU 286. fusca repercusso P;
 ethere purgato U 291. summ(a)e Δ G: -o BFL (deest P) 292. discussique
 E^{ac}M^{ac} 296. querit lingue P | loquentis E^{ac}M^{ac} 301. turbam: p(o)enam E^{ac}
 (turbas E^{2c})M¹(N^{ac})(U^{ac})

di fanciulle, mi continua a tornare davanti agli occhi
 275 il crudele Pireneo, non mi sono ancora ripresa. <
 Con esercito trace, il crudele aveva preso Daulide <
 e la piana focese e vi regnava contro il diritto.
 Andavamo al santo Parnaso: ci vide passare,
 e fingendo profondo rispetto per la nostra divinità,
 280 "Figlie di Mnemosine" (sapeva chi siamo) disse,
 "fermatevi. Non esitate, vi prego, a ripararvi sotto
 il mio tetto dal tempo, dalla pioggia (infatti pioveva):
 spesso gli dèi frequentano umili case". Dalle parole,
 dal tempo sedotte, accettammo, entrammo nell'atrio.
 285 Cessata la pioggia, sconfitto Austro da Aquilone,
 nuvole fosche fuggivano dal cielo schiarito, volevamo
 riprendere il cammino. Pireneo spranga la porta e cerca
 di usarci violenza. Noi la sfuggimmo mettendo le ali.
 Lui, come per inseguirci, salì in cima alla rocca <
 290 e "Dove andrete voi" disse "vengo anch'io", e
 si gettò, il folle, dalla cima più alta della torre,
 e cadde di faccia e sfracellandosi le ossa del volto
 morì tingendo di scellerato sangue la terra».

La Musa parlava. Nell'aria vi fu un frusciare di ali,
 295 voci di saluto scendevano dall'alto dei rami. <
 Guardò in su, la figlia di Giove, per capire da dove
 venissero suoni tanto distinti, sembrava una voce di uomo.
 Erano invece uccelli, nove in tutto, gazze, imitatrici
 perfette: appostate sui rami, lamentavano la loro sorte.
 300 Alla dea stupita così disse la dea: «Anche costoro,
 in gara or ora sconfitte, si sono aggiunte allo stuolo

Pieros has genuit Pellaeis diues in aruis,
 Paeonis Euipe mater fuit; illa potentem
 Lucinam nouiens, nouiens paritura, uocauit.
 305 intumuit numero stolidarum turba sororum
 perque tot Haemonias et per tot Achaidas urbes
 huc uenit et tali committit proelia uoce:
 “desinite indoctum uana dulcedine uulgus
 fallere; nobiscum, si qua est fiducia uobis,
 310 Thespiades, certate, deae. nec uoce nec arte
 uincemur, totidemque sumus. uel cedite uictae
 fonte Medusaeo et Hyantea Aganippe,
 uel nos Emathiis ad Paeonas usque niuosos
 cedemus campis. dirimant certamina nymphae”.
 315 turpe quidem contendere erat, sed cedere uisum
 turpius; electae iurant per flumina nymphae
 factaque de uiuo pressere sedilia saxo.
 tum sine sorte prior quae se certare professa est
 bella canit superum falsoque in honore Gigantas
 320 ponit et extenuat magnorum facta deorum;
 emissumque ima de sede Typhoea terrae
 caelitibus fecisse metum cunctosque dedisse
 terga fugae, donec fessos Aegyptia tellus
 ceperit et septem discretus in ostia Nilus.
 325 huc quoque terrigenam uenisse Typhoea narrat
 et se mentitis superos celasse figuris:
 “dux” que “gregis” dixit “fit Iuppiter, unde recuruis
 nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon;
 Delius in coruo, proles Semeleia capro,

302. aruis: armis E^{ac}M^{ac}(U^{ac}) L^{ac} 303. euipe U^c: en- uel an- Ω 304.
 nouie(n)s semel E^{ac}M^{ac} 313. niuosos E^c BL (deest P) 314. cedamus EMN¹
 (U^{ac}) G | campis: siluis φ 316. numina ov χ 318. sine sorte: s. forte
 E^{ac}(M^{ac}): sic forte (N^{ac})(U^{ac}) 324. ceperat N¹U BF^{ac} 327. inde F^cL
 329. coruo G^{ac}P: c. est M^{2c}N¹U BFG^{2c}L: ceruo est EM^{ac}

degli uccelli. Il ricco Piero le generò nella terra
 di Pella; loro madre fu Euipe, della Peonia. Nove volte <
 colei, prossima al parto, invocò la potente Lucina,
 305 partorì nove volte. Orgogliosa del numero, la turba
 delle scioche sorelle, passando da tante città dell'Emonia
 da tante d'Acaia, giunse da noi, e ci sfidò dicendo:
 “Piantatela di ingannare la gente ignorante con vane
 armonie! Con noi, se ne avete il coraggio, misuratevi,
 310 o dee di Tespie. Noi non perderemo né per la voce
 né per l'arte, e siamo quante voi siete. Se perderete voi,
 lascerete la fonte medusea e la fonte iantea di Aganippe, <
 se toccherà a noi, lasceremo i campi d'Emazia
 per la Peonia nevousa. Arbitre saranno le ninfe”.
 315 Gareggiare era vergognoso, ma cedere, ci pareva,
 ancora di più. Le ninfe elette giurano sui fiumi,
 e si siedono su sedili cavati dal puro sasso.
 Senza sorteggio, la prima che si dice disposta
 canta la guerra dei celesti, esaltando sfacciatamente
 320 i Giganti e sminuendo le imprese dei grandi dèi:
 Tifone, dice, scatenatosi dalle profondità della terra, <
 aveva messo tanta paura ai celesti, che fuggirono
 tutti, finché non li accolse stremati la terra
 d'Egitto, e il Nilo che sbocca in sette canali.
 325 Anche lì, racconta, giunge Tifone, nato dalla Terra,
 e gli dèi si nascosero sotto spoglie mentite:
 “Capo del gregge” dice “diventa Giove, per cui
 ancor oggi in Libia Ammone ha aspetto con corna ricurve;
 il Delio si cela nel corvo; il figlio di Semele nel capro,

330 fele soror Phoebi, niuea Saturnia uacca,
piscis Venus latuit, Cyllenius ibidis alis”.

Hactenus ad citharam uocalia mouerat ora;
poscimus Aonides – sed forsitan otia non sint,
nec nostris praebere uacet tibi cantibus aures?».

335 «ne dubita uestrumque mihi refer ordine carmen»
Pallas ait nemorisque leui consedit in umbra.

Musa refert: «dedimus summam certaminis uni.
surgit et immissos hedera collecta capillos
Calliope querulas praetemptat pollice chordas

340 atque haec percussis subiungit carmina neruis:

“Prima Ceres unco glaebam dimouit aratro,
prima dedit fruges alimentaue mitia terris,
prima dedit leges; Cereris sunt omnia munus.
illa canenda mihi est; utinam modo dicere possim

345 carmina digna dea! certe dea carmine digna est.

Vasta Giganteis ingesta est insula membris
Trinacris et magnis subiectum molibus urget
aetherias ausum sperare Typhoea sedes.

350 nititur ille quidem pugnatque resurgere saepe,
dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro,
laeua, Pachyne, tibi, Lilybaeo crura premuntur;
degrauat Aetna caput, sub qua resupinus harenas
eiecat flammamque ferox uomit ore Typhoeus.
saepe remoliri luctatur pondera terrae

346-73. EMNU BFGL(P)

331. *ibidis*: *isidis* E¹(M^{ac})(N^{ac}): *ibis in* BFG^{ac} 333. *sint* EMU P: *sunt* N BFGL
334. *uacet* E(M^{ac})(N^{ac})(U^{ac}) FG^{ac}: *-at* Ω (deest P) 338. *immensus* U^{2c} F^c φ
(deest P) 342. *om.* E^{ac}M^{ac}N^{ac}U^{ac} P 343. *om.* M^{ac} | *sunt*: *sumus* E¹(N^{ac})
BG 344. *possim* EM¹N¹: *-em* Ω 345. *carmina*: *-ne* E(M^{ac}) | *dea*: *de(a)e* BG
| *certe*: *certa* M: *certe est* G: *est certe* L (deest P) | *est* om. GLP 346-73. *pauca*
leguntur in P mutilo 346. *ingesta* EM: *iniecta* NU BFG: *coniecta* L 348.
aetherias: *sidereae* φ 349. *pugnatque*: *tempt*. U^{2v} φ 353. *ferox* Δ: *fero*
BFGL 354. *pondera*: *-re* EM^{ac}(N^{ac}) B: *se -re* F

110 la sorella di Febo nel gatto, la Saturnia in candida vacca,
Venere in pesce, il Cillenio in ibis alato”.

Fin qui aveva cantato sulla cetra: adesso
toccava a noi, dee aonie – ma forse hai da fare,
non hai tempo di porgere orecchio al nostro canto?».

111 «No, no: riferiscimi il vostro canto punto per punto»
fa Pallade, e si accomoda all'ombra lieve del bosco.
La Musa racconta: «Demmo a una di gareggiare
per tutte. Si alza Calliope, raccoglie i capelli in un ramo
d'edera, col pollice trae qualche arpeggio dalle querule
110 corde e, al loro suono, accompagna il canto che segue:

“Per prima Cerere col curvo aratro smosse le zolle,
per prima dette messi e miti alimenti alla terra,
per prima dette leggi: tutto è dono di Cerere.

Lei canterò. Voglia il cielo che il mio canto sia degno
111 di una tal dea! Di certo è dea degna di canto.

C'è un'isola vasta, cresciuta sopra le membra
di un gigante, Trinacria: sotto il gran peso opprime
Tifone, che aveva osato ambire alle sedi superne.

110 Lui cerca, è vero, d'opporsi, e s'agita per rialzarsi,
ma la man destra è gravata dall'ausonio capo Peloro,
la sinistra tu, Pachino, comprimi, le gambe il Lilibeo,
l'Etna incombe sul capo. Da sotto, supino, spruzza
sabbia e vomita fiamme dalla bocca Tifone, inferocito.
Spesso si batte per scuotere via dal corpo il peso

355 oppidaque et magnos deuoluere corpore montes;
 inde tremit tellus, et rex pauet ipse silentum
 ne pateat latoque solum retegatur hiatu
 immissusque dies trepidantes terreat umbras.
 hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
 360 exierat curruque atrorum uectus equorum
 ambibat Siculae cautus fundamina terrae.
 postquam exploratum satis est loca nulla labare
 depositoque metu, uidet hunc Erycina uagantem
 monte suo residens natumque amplexa uolucrum
 365 'arma manusque meae, mea, nate, potentia' dixit,
 'illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido,
 inque dei pectus celeres molire sagittas,
 cui triplicis cessit fortuna nouissima regni.
 tu superos ipsumque Iouem, tu numina ponti
 370 uicta domas ipsumque regit qui numina ponti.
 Tartara quid cessant? cur non matrisque tuumque
 imperium profers? agitur pars tertia mundi.
 et tamen in caelo (quae iam patientia nostra est!)
 spernimur ac mecum uires minuuntur Amoris.
 375 Pallada nonne uides iaculatricemque Dianam
 abscessisse mihi? Cereris quoque filia uirgo,
 si patiemur, erit; nam spes adfectat easdem.
 at tu pro socio, si qua est mea gratia, regno
 inque deam patruo'. dixit Venus; ille pharetram

374-89. EMNU BFGLP

356. *tremit*: pr- E(M^{ac}) 363. *depositoque metu*: *depositique metus* M^{2c}N^c | *uidet*
 EM 368. *regni mundi* U^{2v} P 370. *ponti* Exc. Cal. et codd. Naugerii:
terr(a)e Ω 370-1. *ipsumque ... cessant* uarie turbatum in EMNU propter uerba
 in quodam fonte communi ommissa | *ipsumque ... quid* om. E: *ipsumque ... terre* in
 ras. M² (371 om. M¹, add. M^{2m}): *ipsumque cessant* om. N^{ac}; inter 370 et 371 spatium
 unius uersus erasi exstat in U 373. *qu(a)e* v^{ac} W^c χ; *quoque* Ω 378. *mea* 5
 (Heinsius): *ea* Ω Tarrant: *tibi* N^{2c} g χ

111 del suolo, buttar giù le città, le immense montagne:
 la terra ne trema, pure il re degli inferi teme che il suolo
 si apra, si formi una larga voragine, e la luce del giorno,
 penetrando, atterrisca le ombre confuse. Temendo
 un tale disastro, il sovrano aveva lasciato la dimora
 160 delle tenebre e, sopra un carro tirato da neri cavalli,
 costeggiava la Sicilia tutt'intorno, controllandone
 le fondamenta. Resosi conto che non c'erano falle,
 si sentiva assicurato. Ericina, dall'alto del suo monte,
 lo vede vagare e, a sé l'alato figliolo stringendo,
 165 'Mie armi e mie mani, mio potere, o figlio'
 disse, 'prendi quelle frecce con cui vinci tutti,
 Cupido, e lanciale svelto nel petto del dio
 a cui toccò in sorte l'ultimo dei tre reami.
 Tu gli dèi superni, tu lo stesso Giove, tu i numi del mare
 170 vinti costringi, tu persino il signore dei numi del mare.
 Perché il Tartaro deve fare eccezione? Perché non
 estendi il dominio tuo e di tua madre? È la terza parte
 del mondo! Io, in cielo (che pazienza ho avuto sinora),
 sono disprezzata, e con me è sminuito anche il potere
 175 d'Amore. Pallade, ad esempio, e Diana saettatrice
 non mi tengono in conto. E anche la figlia di Cerere,
 se la lasciamo fare, resterà vergine: nutre le stesse
 aspirazioni. Ma tu, per il regno comune, se ho qualche potere,
 fa' che la fanciulla s'unisca allo zio'. Disse Venere.

- 380 soluit et arbitrio matris de mille sagittis
 unam seposuit, sed qua nec acutior ulla
 nec minus incerta est nec quae magis audiat arcum,
 oppositoque genu curuauit flexile cornum
 inque cor hamata percussit harundine Ditem.
- 385 Haud procul Hennaëis lacus est a moenibus altae,
 nomine Pergus, aquae; non illo plura Caystros
 carmina cynorum labentibus audit in undis.
 silua coronat aquas cingens latus omne suisque
 frondibus ut uelo Phoebeos summouet ictus.
- 390 frigora dant rami, uarios humus umida flores;
 perpetuum uer est. quo dum Proserpina luco
 ludit et aut uiolas aut candida lilia carpit,
 dumque puellari studio calathosque sinumque
 implet et aequales certat superare legendo,
- 395 paene simul uisa est dilectaque raptaque Diti;
 usque adeo est properatus amor. dea territa maesto
 et matrem et comites, sed matrem saepius, ore
 clamat, et ut summa uestem lanariat ab ora,
 collecti flores tunicis cecidere remissis.
- 400 tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis,
 haec quoque uirgineum mouit iactura dolorem.
 raptor agit currus et nomine quemque uocando
 exhortatur equos, quorum per colla iubasque
 excutit obscura tinctas ferrugine habenas;

390-482. MNU BFGLP

382. *audiat*: *auolat* EM^{ac}; *aduolet* M^{2c} Z v (-at) | *arcum*: -cu EM^{ac}: -us P 385.
 (*henn(a)eis* EMU B^vF¹G; *ethn*- Ω | *montibus* NU | *alt(a)e* EM: -tus Ω 386. *per-*
gus aquae Heinsius: *percus aqu(a)e* EM: *pergusa* Ω (N^{2c} G^{2c}) | *non* ... *Caystros*: *cing-*
gen (sic) ... *suisque* E; sim., ut uid., M^{ac}N^{ac} 387-8. om. M^{ac} 387. *labenti-*
bus N^c: *pauent*- E^{ac} | *audit* E^{2a}M^{2c}U F^{1c}P: *edit* E¹N B(F^{ac})GL 389. *ictus* N:
ignes Ω 390-587. desunt in E 390. *uarios*: *tyrios* MN¹ 398. *lanariat*:
 -bat U^{1c}P: -uit BGL 402. *uocatos* χ (Heinsius) 404. *obscuras tincta* M^{ac} |
ferrugine: *rubig*- U^{2v}P

- 180 Lui aprì la faretra e, assecondando la madre,
 tra mille frecce una ne scelse, la più appuntita,
 la più sicura, la più sensibile all'arco di tutte.
 Piegato il ginocchio, curvò il flessibile corno
 e colse Dite nel cuore col missile alato.
- 181 Non lontano dalle mura di Enna c'è un lago profondo, <
 di nome Pergo; nemmeno il Caistro ode così tanti
 cigni cantare sopra le onde della sua corrente.
 Un bosco cinge le acque avvolgendo ogni lato
 con le sue fronde, un velo, un riparo ai raggi di Febo.
- 190 I rami danno frescura, l'umida terra varietà grande
 di fiori: un'eterna primavera. Mentre in questa radura
 Proserpina gioca e coglie ora viole ora candidi gigli,
 e con zelo infantile ricolma il grembo e la cesta,
 e vuol superare le compagne a gara nella raccolta,
- 195 per Dite fu tutt'uno: la vide, l'amò, la rapì <
 - amore all'istante. La dea atterrita, con mesta voce,
 chiama la madre, e pure le compagne, ma più spesso
 chiama la madre, e pure le compagne, ma più spesso
 questa si allentò e i fiori raccolti caddero a terra.
- 400 Tanta ingenuità albergava nel suo petto virginale,
 che persino questa perdita le causò un dispiacere.
 Il rapitore lancia il carro ed esorta i cavalli,
 ciascuno per nome, e sui colli e sulle criniere
 scuote le briglie abbrunite di ruggine scura,

405 perque lacus altos et olentia sulphure fertur
stagna Palicorum rupta feruentia terra
et qua Bacchiadae, bimari gens orta Corintho,
inter inaequales posuerunt moenia portus.

Est medium Cyanes et Pisaeae Arethusae
410 quod coit angustis inclusum cornibus aequor;
hic fuit, a cuius stagnum quoque nomine dictum est,
inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.
gurgite quae medio summa tenus exstitit aluo
agnouitque deam 'ne'c 'longius ibitis!' inquit
415 'non potes inuitae Cereris gener esse; roganda,
non rapienda fuit. quod si componere magnis
parua mihi fas est, et me dilexit Anapis;
exorata tamen, nec, ut haec, exterrita nupsi'.
dixit et in partes diuersas brachia tendens
420 obstitit. haud ultra tenuit Saturnius iram
terribilesque hortatus equos in gurgitis ima
contortum ualido sceptrum regale lacerto
condidit; icta uiam tellus in Tartara fecit
et pronos currus medio cratere recepit.
425 at Cyane, raptamque deam contemptaque fontis
iura sui maerens, inconsolabile uulnus
mente gerit tacita lacrimisque absumitur omnis
et, quarum fuerat magnum modo numen, in illas
extenuatur aquas. molliri membra uideres,
430 ossa pati flexus, unguis posuisse rigorem;
primaque de tota tenuissima quaeque liquescunt,
caerulei crines digitique et crura pedesque
(nam breuis in gelidas membris exilibus undas

405. *altos*: *sacros* χ Diomedes GLK I 319 | *sul(pb/f)ura* M^c(N^{uc}) F 414. *deam*:
d̄m U o: *deum* χ 421. *terribilesque* M: *terribiles* U^{nc} FG^{ac} | *hortatus* U^{nc} (ut uid.),
U^{2c} P: -*tur* Ω 424. *mediocri crate* rec. M^c: *medio caractere cep*. N 426. *in-*
consonabile M^c (ex -*san*-) 430. *fluxus* N^cU^c

401 vola sul lago profondo, sugli stagni dei Palici
che odorano zolfo per la terra aperta e ribollente,
vola per dove i Bacchiadi, figli di Corinto dal duplice
mare, eressero mura tra porti di ineguale grandezza.

C'è, tra le fonti Ciane e Aretusa che viene dall'Elide,
410 un braccio di mare che entra ed è chiuso da due strette
lingue di terra: qui abitava, e da lei lo stagno ebbe
nome, Ciane, famosissima tra le ninfe di Sicilia.
Dal gorgo nel mezzo essa emerse fino alla vita
e riconobbe la giovane dea. 'Non passerete' disse.
415 'Non puoi essere il genero di Cerere se lei non vuole:
dovevi chiederla, non rapirla! Se posso paragonare
le piccole cose alle grandi, anch'io fui amata, da Anapi:
lo sposai perché pregata, non, come costei, per paura.'
Disse, e spalancando le braccia cercò di fermarli.
420 Il figlio di Saturno non trattenne più oltre la rabbia;
incitati i tremendi cavalli, col braccio possente
immerse lo scettro regale a punta in giù nel profondo
del gorgo. La terra colpita un varco per il Tartaro
dischiuse e accolse il carro precipite dentro il cratere.
425 Ciane, afflitta sia per la dea rapita che per la fonte
violata, si porta, nel silenzio della mente, insanabile
una ferita e, sciogliendosi in lacrime tutta, si dissolve
in quelle stesse acque di cui è stata sinora nume
incontrastato. Avresti visto le membra ammollirsi,
430 le ossa piegarsi, le unghie perdere ogni rigore,
e prima delle altre si liquefanno le parti più esili:
le chiome azzurre, e le dita, le gambe, i piedi:
per le parti sottili è più facile il passaggio a gelide

transitus est); post haec umeri terqusque latusque
 435 pectoraque in tenues abeunt euanida riuos;
 denique pro uiuo uitiatas sanguine uenas
 lymphas subit, restatque nihil quod prendere possis.

Interea pauidae nequiquam filia matri
 omnibus est terris, omni quaesita profundo.
 440 illam non udis ueniens Aurora capillis
 cessantem uidit, non Hesperus; illa duabus
 flammiferas pinus manibus succendit ab Aetna
 perque pruinosas tulit inrequieta tenebras;
 rursus ubi alma dies hebetarat sidera, natam
 445 solis ab occasu solis quaerebat ad ortus.
 fessa labore sitim conceperat oraque nulli
 conluerant fontes, cum tectam stramine uidit
 forte casam paruasque fores pulsauit; at inde
 prodit anus diuamque uidet lymphamque roganti
 450 dulce dedit, tosta quod texerat ante polenta.
 dum bibit illa datum, duri puer oris et audax
 constitit ante deam risitque auidamque uocauit.
 offensa est neque adhuc epota parte loquentem
 cum liquido mixtae perfudit diua polentae.
 455 combibit os maculas et, quae modo brachia gessit,
 crura gerit; cauda est mutatis addita membris,
 inque breuem formam, ne sit uis magna nocendi,
 contrahitur, paruaque minor mensura lacerta est.
 mirantem flentemque et tangere monstra parantem

onde; poi sono le spalle, la schiena, i fianchi,
 435 il petto ad andarsene, svanendo in rivoli tenui.
 Alla fine l'acqua subentra al vivo sangue nelle vene
 disfatte, e non resta più nulla da poter afferrare.

Intanto, invano la figlia d'una madre angosciata
 è cercata in ogni terra, in ogni mare profondo.
 440 Né Aurora, giungendo coi suoi rugiadosi capelli,
 la vide fermarsi, Espero neppure. Essa accese due
 tronchi di pino all'Etna e, tenendoli uno per mano,
 vagò senza requie nelle tenebre fitte di brina; quando
 poi il giorno nutritore rifece sbiadire le stelle, cercava
 445 la figlia da dove il sole sorge a dove tramonta.
 Stremata, bruciata dalla sete – non una fonte le aveva
 rinfrescato le labbra –, vide per caso una capanna
 dal tetto di paglia, bussò alla piccola porta. Ne uscì
 una vecchia, vide la dea, richiesta dell'acqua le diede
 450 una dolce bevanda, testé intrisa in polenta arrostita.
 Mentre quella beve, un fanciullo villano e insolente
 si pianta davanti alla dea, ride, le dà dell'ingorda.
 La dea si offende e, senza finire di bere, gli getta
 addosso, che ancora parlava, la bibita infarinata.
 455 Il viso di lui assorbe le macchie, quelle ch'erano braccia
 diventano zampe; una coda s'aggiunge alle membra
 mutate, il corpo, affinché non sia troppo nocivo,
 si rimpicciolisce, è più piccolo di una lucertolina.
 La vecchia stupisce, piange, accenna a toccare il piccolo

434. *terqusque* M BFG^{ac}L: *-umque* NU G^{2c}P 437. *nimpha* (N^{ac})U¹ | *possis*
 M^{2c}U FGP: *-es* M^{ac}N^c BL 440. *udis*: *nitidis* e: *rutilis* φ 445. *ab occasu* ...
ad ortus M¹(U^{ac}) FL (*ortum*): *ad occasus* ... *ad ortus* N P: *ad occasus* ... *ab ortu*
 M^{2a}U^{4c} BG 446. *collegerat* U^{2v} P 450. *tosta*: *testa* NU^{3c}: *cocta* L | *texerat*
 M¹U^{3v} F^{2c}G: *cox*-Ω (B^cF^{2c}P^c) 454. *mixtae* ... *polentae* Kenney 1978 (scil. *non-*
dum epota parte mixtae c. l. polentae): *-ta* ... *-ta* Ω 457. *nocendi* M^{2v}U
 F^{3c}G^{2c}LP: *loqu*-M¹N BF(G^{ac}) 459. *parantem* MN BF(G^{ac}): *paudentem* U^c L(P)

460 fugit anum latebramque petit aptumque pudori
nomen habet, uariis stellatus corpora guttis.

Quas dea per terras et quas errauerit undas
dicere longa mora est; quaerenti defuit orbis.
Sicaniam repetit, dumque omnia lustrat eundo,
465 uenit et ad Cyanen. ea ni mutata fuisset,
omnia narrasset; sed et os et lingua uolenti
dicere non aderant, nec qua loqueretur habebat.
signa tamen manifesta dedit notamque parenti
illo forte loco delapsam in gurgite sacro

470 Persephones zonam summis ostendit in undis.
quam simul agnouit, tamquam tum denique raptam
scisset, inornatos laniauit diua capillos
et repetita suis percussit pectora palmis.
nescit adhuc ubi sit; terras tamen increpat omnes
475 ingratasque uocat nec frugum munere dignas,
Trinacriam ante alias, in qua uestigia damni
repperit. ergo illic saeua uertentia glaebas
fregit aratra manu parilique irata colonos
ruricolosque boues leto dedit aruaque iussit
480 fallere depositum uitiatamque semina fecit.
fertilitas terrae latum uulgata per orbem
cassa iacet; primis segetes moriuntur in herbis,
et modo sol nimius, nimius modo corripit imber,
sideraque uentique nocent, auidaeque uolucres

483-97. Urb MNU BFGLP

460. pudori M(N^{ac}): coloris Ω, Isidorus Etym. XII 4, 38 461. corpora: -re M, Isidorus 464. repetit: petiit M 467. qua: quo N^cU G^{c2} 474. nec scit P (Heinsius) 478. parilique: pariterque N^c φ | irata: (a)etate M(N^{ac}) BG 480. fecit: legit M^{ac}: l(a)edit φ 482. cassa Heinsius: falsa M F^{2b}: sparsa Ω: laesa Tarrant 483-VI 45 exstant in Urb (Δ = Urb MNU) 483. nimius¹: nocuit F | nimius²: nocuit L: segetes BG 484. sideraque: s. cui Urb GL: s. quis, sideraque et φ

460 mostro. Questi fuggè, cerca una tana, prende un nome
adatto alla colpa, costellato tutto di chiazze.

Per quali terre, per quali mari errasse la dea sarebbe
lungo narrare: non bastò l'universo alla ricerca.
Torna in Sicilia, e mentre gira osservando ogni cosa,
465 arriva da Ciane. Costei, se non si fosse trasformata,
le direbbe ogni cosa, ma, pur volendo parlare,
non ha più bocca né lingua, né parole da dire.
Ma si fece capire ugualmente, mostrando sul pelo
dell'acqua la cintura, ben nota alla madre, che proprio
470 lì, per caso, a Persefone era caduta nel sacro gorgo.
Quando la riconobbe, come se solo ora capisse
ch'era stata rapita, la dea si strappò i capelli disadorni
e più e più volte si batté il petto con le mani.
Ma non sapeva ancora dove fosse. Inveisce contro tutte
475 le terre, le chiama ingrato, indegne del dono del grano,
Trinacria prima di tutte, nella quale aveva trovato
le tracce del delitto. Lì dunque spezzò con mano crudele
gli aratri che voltavano le zolle, e di pari morte,
irata, colpì contadini e buoi campagnoli, intimò
480 ai campi di tradire i granai, guastò le sementi.
La fecondità di quella regione, famosa in tutto il mondo,
è solo un ricordo: le messi muoiono al primo germoglio,
ora troppo sole le danneggia, ora troppa pioggia,
stelle e venti le guastano, avidi uccelli colgono

485 semina iacta legunt; lolium tribulique fatigant
triticeas messes et inexpugnabile gramen.

Tum caput Eleis Alpheias extulit undis
rorantesque comas a fronte remouit ad aures
atque ait: 'o toto quaesitae uirginis orbe
490 et frugum genetrix, immensos siste labores,
neue tibi fidae uiolenta irascere terrae;
terra nihil meruit patuitque inuita rapinae.
nec sum pro patria supplex; huc hospita ueni,
Pisa mihi patria est et ab Elide ducimus ortus.
495 Sicaniam peregrina colo, sed gratior omni
haec mihi terra solo est; hos nunc Arethusa Penates,
hanc habeo sedem – quam tu, mitissima, serua!
mota loco cur sim tantique per aequoris undas
aduehar Ortygiam, ueniet narratibus hora
500 tempestiua meis, cum tu curaueque leuata
et uultus melioris eris. mihi peruia tellus
praebet iter subterque imas ablata cauernas
hic caput attollo desuetaque sidera cerno.
ergo dum Stygio sub terris gurgite labor,
505 uisa tua est oculis illic Proserpina nostris;
illa quidem tristis neque adhuc interrita uultu,
sed regina tamen, sed opaci maxima mundi,
sed tamen inferni pollens matrona tyranni'.

Mater ad auditas stupuit ceu saxea uoces
510 attonitaeque diu similis fuit; utque dolore
pulsa graui grauis est amentia, curribus auras

498-517. Urb MNU BFGL

487. tum M BF^{2c}; cum Ω 489. o: in BFGL
499. aduehar U^c BG: -or Ω 502. allata N^c BF
... u. Urb: ut audiuit ... u. N: ut audita ... uoce M 498-517. desunt in P mutilo
509. ad auditas ... uoces: ut a.
511. auras: oras Lachmann

485 i semi nei solchi; e il loglio e i rovi soffocano
il frumento, come pure l'invitta gramigna.

Allora l'amata dall'Alfeo levò il capo dalle sue acque
nate nell'Elide, scostò dalla fronte le roride chiome
verso le orecchie e disse: 'O madre della vergine
490 cercata dovunque e delle messi, cessa l'immane fatica,
e non essere irata e violenta con la terra fedele.
La terra non ha colpa, si è aperta contro voglia al rapitore.
Non intercedo per la mia patria: io sono di fuori,
la mia patria è Pisa, sono figlia dell'Elide.

495 Abito in Sicilia da straniera, ma più cara d'ogni
altra m'è questa terra: questi sono i Penati d'Aretusa,
questa è la mia sede, tu conserva, mitissima dea!
Perché io mi sia trasferita e, superando una così vasta
distesa di mare, sia giunta fino a Ortigia, lo narrerò
500 in un momento più adatto, quando ti sarai ripresa
e avrai un volto più disteso. La terra mi agevola
il cammino, io scorro in profonde caverne, e qui
riemerge con la testa e rivedo le stelle quasi obliate.
Mentre dunque scorrevo sotterra tra i gorgi di Stige,
505 ho visto coi miei occhi Proserpina tua, triste
d'aspetto, come chi non si è ancora ripreso:
ma è pur sempre regina, e signora del mondo
senza luce, e moglie potente del sovrano dell'Ade'.

A queste parole la madre rimase di sasso, restò
510 per un pezzo come paralizzata. Quando il torpore
fu scacciato da un dolore più grande, partì col carro

exit in aetherias. ibi toto nubila uultu
ante Iouem passis stetit inuidiosa capillis
‘pro’que ‘meo ueni supplex tibi, Iuppiter’ inquit,
515 ‘sanguine proque tuo; si nulla est gratia matris,
nata patrem moueat, neu sit tibi cura, precamur,
uilior illius, quod nostro est edita partu.
en quaesita diu tandem mihi nata reperta est,
si reperire uocas amittere certius, aut si
520 scire ubi sit reperire uocas. quod rapta, feremus,
dummodo reddat eam; neque enim praedone marito
filia digna tua est, si iam mea filia non est’.
Iuppiter exceptit: ‘commune est pignus onusque
nata mihi tecum. sed si modo nomina rebus
525 addere uera placet, non hoc iniuria factum,
uerum amor est; neque erit nobis gener ille pudori,
tu modo, diua, uelis. ut desint cetera, quantum est
esse Iouis fratrem! quid quod non cetera desunt
nec cedit nisi sorte mihi? sed tanta cupido
530 si tibi discidii est, repetet Proserpina caelum,
lege tamen certa, si nullos contigit illic
ore cibos; nam sic Parcarum foedere cautum est’.

Dixerat; at Cereri certum est educere natam.
non ita fata sinunt, quoniam ieiunia uirgo
535 soluerat et, cultis dum simplex errat in hortis,
puniceum curua decerpserat arbore pomum
sumptaque pallenti septem de cortice grana
presserat ore suo. solusque ex omnibus illud
Ascalaphus uidit, quem quondam dicitur Orphe,

518-41. Urb MNU BFGLP

513. passis Δ: sparsis U BFGL 514. uenio BFG 516. neu: ne U L
522. non est: digna est N^{4c} I^{2c} (Heinsius) 526. erit ... pudori: enim ... p. est
N 529. sorte: forte Urb^{ac} F 535. et cultis: irriguis G, unde et riguis Heinsius

per le plaghe celesti. Qui, col volto tutto incupito,
si presenta a Giove, furibonda, coi capelli scomposti,
e ‘Per il mio sangue, Giove, vengo a pregarti’ dice,
115 ‘ma è anche il tuo. Se la madre non trova ascolto,
la figlia almeno commuova suo padre; e ti prego
di non trascurarla solo perché sono io che l’ho partorita.
Ecco, dopo tanto cercare, finalmente ho ritrovato mia figlia,
se ritrovare per te vale perdere con più certezza,
120 o se sapere dov’è, per te vale trovare. Che ce l’abbia rapita,
passi, purché la ridia! Non si merita un marito
predone tua figlia, anche se lo meritasse come mia’.
Giove rispose: ‘Comune l’affetto, comune il dovere:
l’ho fatta con te. Ma se vogliamo chiamare le cose
125 col loro nome, qui non c’è stato nessun delitto,
ma un atto d’amore, non è un genero di cui vergognarsi,
sempre che lo accetti per tale. A parte il resto, dico io,
ma è fratello di Giove! E poi c’è anche il resto. E se
mi è inferiore, lo è solo per volere del fato. E se
130 proprio vuoi vederli divisi, Proserpina rivedrà il cielo,
ma a un solo patto: che laggiù non abbia toccato
alcun cibo – così hanno fissato le Parche’.

Disse. Cerere è decisa a riavere la figlia. Ma il destino
non lo consente, perché la fanciulla aveva rotto
135 il digiuno e, girando per un orto coltivato, aveva
staccato da un albero carico una melagrana
e liberato i grani dalla pallida buccia, masticandone
sette. L’unico a vederla fu Ascalafò,
che un tempo, si narra, era stato partorito da Orfe

540 inter Auernales haud ignotissima nymphas,
 ex Acheronte suo siluis peperisse sub atris;
 uidit et indicio reditum crudelis ademit.
 ingemuit regina Erebi testemque profanam
 fecit auem sparsumque caput Phlegethontide lymphā
 545 in rostrum et plumas et grandia lumina uertit.
 ille sibi ablatu fuluis amicitur in alis
 inque caput crescit longosque reflectitur unguis
 uixque mouet natas per inertia brachia pennas;
 foedaque fit uolucris, uenturi nuntia luctus,
 550 ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Hic tamen indicio poenam linguāque uideri
 commeruisse potest; uobis, Acheloides, unde
 pluma pedesque auium, cum uirginis ora geratis?
 an quia, cum legeret uernos Proserpina flores,
 555 in comitum numero, doctae Sirenes, eratis?
 quam postquam toto frustra quaesistis in orbe,
 protinus, ut uestram sentirent aequora curam,
 posse super fluctus alarum insistere remis
 optastis facilesque deos habuistis et artus
 560 uidistis uestros subitis flauescere pennis.
 ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures
 tantaque dos oris linguae deperderet usum,
 uirginei uultus et uox humana remansit.

At medius fratrisque sui maestaeque sororis
 565 Iuppiter ex aequo uoluentem diuidit annum;

542-65. Urb MNU BFGL

541. *siluis*: *furuis* U^{2c} F^{2c} φ: *fuluis* U^{4c} φ (deest P mutilus) | *atris*: *antris* U^{2c} G^cLP:
undis U^{2s} h^{2o} 542-65. desunt in P mutilo 543. *pestemque* Urb¹ M^{ac} | *pro-*
fanum Urb^v U FL 546. *amicitur in*: *a. ab* M^{2c} (a. M^{ac}) e^vg W: *a. et* Urb: *hoperi-*
tur ab M^{2s}: *qui nascitur* N¹ 550. *ignauus*: *infandus* Seruius ad Aen. IV 462
 555. *doct(a)e* Δ: *mixt(a)e* Urb^v U BFGL 558. *remis*: *pennis* MN¹ 561. *ne*:
nec Urb F 562. *ne perderet* BL^{ac}

140 (non certo la più sconosciuta tra le ninfe
 d'Averno), in nera selva, al diletto Acheronte.
 La vide, fece la spia, le sottrasse, crudele, il ritorno.
 Gemette la regina dell'Erebo, mutò la spia in uccello
 di malaugurio: versandogli acqua del Flegetonte
 141 sul capo, lo mutò in rostro, piume, occhi grandi.
 Sottratto alla sua forma, quello si avvolge in fulve
 ali, s'ingrossa nella testa, mette lunghe unghie ritorte,
 muove appena le penne spuntate sulle braccia inerti,
 diventa un orrido uccello, nunzio di malaugurio,
 142 un pigro gufo, cattivo presagio agli umani.
 Facendo la spia, costui la pena se l'è meritata,
 con quella sua lingua. Ma voi, figlie dell'Acheloo, come
 mai avete piume e zampe d'uccello, ma volto di donna?
 Forse perché, dotte Sirene, quando Proserpina coglieva
 143 fiori di primavera, eravate tra le sue compagne?
 Dopo averla cercata invano per l'universo mondo,
 sullo slancio, perché anche il mare provasse il vostro
 affanno, chiedeste di poter posare sulle acque
 remigando con le ali, gli dèi ve lo concessero, gli arti
 144 vostri vedeste imbiondire di penne improvvisi;
 e perché quel canto famoso, fatto per ammaliare
 le orecchie, quella bocca tanto dotata non perdesse l'uso
 della lingua, vi rimasero volto di vergine e voce umana.
 Mediando tra il fratello e l'afflitta sorella,
 145 Giove divide il giro dell'anno in due parti uguali:

nunc dea, regnorum numen commune duorum,
 cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.
 uertitur extemplo facies et mentis et oris;
 nam modo quae poterat Diti quoque maesta uideri
 570 laeta deae frons est, ut sol, qui tectus aquosis
 nubibus ante fuit, uictis e nubibus exit.

Exigit alma Ceres, nata secura recepta,
 quae tibi causa fugae, cur sis, Arethusa, sacer fons.
 contiguere undae, quarum dea sustulit alto
 575 fonte caput uiridesque manu siccata capillos
 fluminis Elei ueteres narrauit amores.

'Pars ego nympharum quae sunt in Achaide' dixit
 'una fui, nec me studiosius altera saltus
 legit nec posuit studiosius altera casses.
 580 sed quamuis formae numquam mihi fama petita est,
 quamuis fortis eram, formosae nomen habebam.
 nec mea me facies nimium laudata iuuabat,
 quaque aliae gaudere solent, ego rustica dote
 corporis erubui crimenque placere putauit.
 585 lassa reuertebat (memini) Stymphalide silua;
 aestus erat, magnumque labor geminauerat aestum.
 inuenio sine uertice aquas, sine murmure euntes,
 perspicuas ad humum, per quas numerabilis alte
 calculus omnis erat, quas tu uix ire putares.
 590 cana salicta dabant nutritaque populus unda
 sponte sua natas ripis decliuibus umbras.
 accessi primumque pedis uestigia tinxi,

566-87. Urb MNU BFGLP

588-678. Urb EMNU BFGLP

571. e: ubi U^{4v} BGL 573. fugae: ui(a)e U P 576. elei Urb NU¹ Σ: alphei
 MU^{2a} F^{2c} 587. euntes: fontes (N^{ac})U: om. Urb (ut uid.) 588. redit E (Δ =
 Urb EMNU) 591. nata (Urb^{ac}) E(M^{ac})(N^{ac}) F^{ac}: gratas χ

ora la dea, nume comune a entrambi i regni, sta tutto
 il tempo con la madre, ora altrettanti mesi col marito.
 Muta essa all'istante aspetto, mente, parole: la dea
 che poco fa appariva troppo triste perfino a Dite,
 170 ora ha la fronte distesa, come un sole che, coperto
 sinora di nubi piovose, dalle nubi emerge vittorioso.

Cerere, riavuta con sé la figlia, vuol sapere perché tu,
 Aretusa, sia fuggita e perché tu sia sacra fonte.
 Tacciono le onde, dal loro gorgo profondo la dea
 175 leva il capo, strizza con le mani i verdi capelli,
 racconta l'antico amore del fiume dell'Elide:

'Ero una delle ninfe che abitano l'Acaia' disse,
 'nessun'altra amava più di me percorrere
 i boschi, nessun'altra più di me tendere reti.
 180 Sebbene, pur essendo prestante, non avessi mai
 cercato la fama di bella, avevo fama di bella.
 Un aspetto tanto lodato non mi appagava: le altre
 sono solite goderne, io di queste doti fisiche arrossivo,
 inurbana com'ero, e piacere mi pareva un delitto.
 185 Me ne tornavo, ricordo, sposata dalla selva dello
 Stinfalo: c'era afa, e la grande fatica raddoppiava l'afa.
 Ed ecco le acque di un fiume: senza vortici, senza
 mormorii, trasparenti sino al fondo, vi si poteva contare
 anche il minimo sassolino, sembravano immobili.
 190 Bianchi salici e pioppi nutriti dall'acqua
 davano spontanea ombra alle rive declinanti.
 Mi accostai, per primi immersi i piedi nell'acqua,

poplite deinde tenus; neque eo contenta recingor
 molliaque impono salici uelamina curuae
 595 nudaque mergor aquis. quas dum ferioque trahoque
 mille modis labens excussaue brachia iacto,
 nescioquod medio sensi sub gurgite murmur
 territaue insisto propiori margine fontis.
 – quo properas, Arethusa? – suis Alpheos ab undis
 600 – quo properas? – iterum rauco mihi dixerat ore.
 sicut eram, fugio sine uestibus (altera uestes
 ripa meas habuit); tanto magis instat et ardet,
 et quia nuda fui, sum uisa paratior illi.
 sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,
 605 ut fugere accipitrem penna trepidante columbae,
 ut solet accipiter trepidas urgere columbas.
 usque sub Orchomenon Psophidaue Cyllenenque
 Maenaliisque sinus gelidumque Erymanthon et Elin
 currere sustinui, nec me uelocior ille;
 610 sed tolerare diu cursus ego uiribus impar
 non poteram, longi patiens erat ille laboris.
 per tamen et campos, per opertos arbore montes,
 saxa quoque et rupes et qua uia nulla cucurri.
 sol erat a tergo; uidi praecedere longam
 615 ante pedes umbram, nisi si timor illa uidebat.
 sed certe sonitusque pedum terrebat et ingens
 crinales uittas adflabat anhelitus oris.
 fessa labore fugae – fer opem, deprendimur – inquam,
 – armigerae, Diana, tuae, cui saepe dedisti
 620 ferre tuos arcus inclusaue tela pharetra –.
 mota dea est spissisque ferens e nubibus unam

598. *propiori* E^cN^c FP: -ris Ω (*propiori* in φ) | *fontis*: *rip(a)e* Urb^{2v} U GL 605.
 om. Urb U^{ac} F^{ac}P, post 606 hab. φ 607. *utque* Urb¹ EM^{ac}N^{ac} 612. *per²*: et
 U BGP 615. *illa*: *ille* E(M^{ac}) G^{ac}L | *uidebam* U B^c 616. *sonituque ... terre-*
bar U FG^{2c}P: -*tuque -bat* (ut uid.) B^{ac} 621. *sparsisque* U F^{3c}LP

poi fino ai polpacci, non mi basta, mi spoglio,
 appendo i molli veli a un salice che sporge,
 595 e nuda m'immergo. Mentre batto e agito l'acqua
 nuotando qua e là, levando e affondando le braccia,
 non so come sento dal gorgo di sotto un bisbiglio:
 atterrita guadagno il bordo della riva più vicina.
 – Dove vai così in fretta, Aretusa? – dice Alfeo dalle
 600 sue onde, – Dove? – ripeteva con voce arrochita.
 Così come sono fuggo, svestita: le mie vesti se le tiene
 l'altra sponda. Tanto più lui arde e m'incalza:
 essendo nuda, gli sembro ancora più pronta.
 Così io corro, così quel selvaggio m'insegue,
 605 come colombe con trepida ala fuggono il falco,
 come il falco insegue le trepide colombe.
 Fino a Orcomeno, fino a Psocide e Cillene,
 agli abissi del Menalo, al gelido Erimanto, all'Elide
 riuscii a scappare, e lui non mi acciuffava.
 610 Ma reggere più a lungo la corsa, inferiore di forze,
 io non potevo: lui era capace di lunga fatica.
 E tuttavia corsi per campi, per monti boscosi,
 per rocce e dirupi, sì, per dove non si poteva.
 Il sole m'era alle spalle: vidi un'ombra allungarsi
 615 davanti ai miei piedi, se non era la paura a vederla.
 Ma di certo un rumore di passi mi atterrava,
 e un soffio immane mi colpiva la benda che teneva
 i capelli. Stanca di fuggire: – Mi prende! – grido,
 – Soccorri, Diana, la tua scudiera, cui spesso l'arco
 620 affidasti e le frecce rinchiuse nella faretra! –.
 Si commuove la dea, e toltà una nube a un fitto banco,

me super iniecit; lustrat caligine tectam
 annis et ignarus circum caua nubila quaerit
 bisque locum, quo me dea texerat, inscius ambit
 625 et bis – io Arethusa, io Arethusa! – uocauit.
 quid mihi tunc animi miserae fuit? anne quod agnae est;
 si qua lupos audit circum stabula alta frementes,
 aut lepori, qui uepre latens hostilia cernit
 ora canum nullosque audet dare corpore motus?
 630 non tamen abscedit (neque enim uestigia cernit
 longius ulla pedum); seruat nubemque locumque.
 occupat obsessos sudor mihi frigidus artus
 caeruleaeque cadunt toto de corpore guttae;
 quaque pedem moui, manat locus eque capillis
 635 ros cadit, et citius quam nunc tibi facta renarro
 in latices mutor. sed enim cognoscit amatas
 annis aquas positoque uiri, quod sumpserat, ore
 uertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.
 Delia rupit humum caecisque ego mersa cauernis
 640 aduehór Ortygiam, quae me cognomine diuae
 grata meae superas eduxit prima sub auras.’
 Hac Arethusa tenus. geminos dea fertilis angues
 curribus admouit frenisque coercuit ora
 et medium caeli terraeque per aera uecta est,
 645 atque leuem currum Tritonida misit in urbem
 Triptolemo partimque rudi data semina iussit
 spargere humo, partim post tempora longa recultae.
 iam super Europen sublimis et Asida terram
 uectus erat iuuenis; Scythicas aduertitur oras.

626. est EMN^c BGL: om. Urb N^{ac}U FP 631. ulla: ire χ 635. fata U^{2v} P
 641. grata me(a)e Urb^{2c} M^{2c}U F^{2c}P: g. mibi E^{2c}M^{2m}N^c BGL: ortamie E^{ac}M¹(N^{ac}):
 orta meae Urb^{ac} 645. atque: inde Urb^{2v} 649. sc(y/i)thicasque U BGLP |
 auertitur Urb N¹

me la getta addosso. Il fiume mi cerca, la caligine
 mi avvolge, ignaro lui gira due volte attorno alla nube,
 finché, a caso, si ferma nel punto dov'ero nascosta
 625 e due volte – Ehi, Aretusa! Ehi, Aretusa! – mi chiama.
 Che cosa provai io, poverina? Forse, quel che prova
 l'agnella se sente i lupi ringhiare intorno all'alto ovile,
 o la lepre, se nascosta nel folto scorge le fauci ostili
 dei cani e non osa fare alcun movimento col corpo.
 630 Ma lui non se ne va: non vede più oltre impronte
 di piedi, tiene d'occhio la nuvola e il posto.
 Un freddo sudore pervade le membra assediate,
 da tutto il corpo stillano gocce azzurrine,
 e, se spostato il piede, si forma una pozza, dai capelli
 635 cola rugiada, più celermente di quanto ci metta a dirlo
 mi trasformo in acqua. Il fiume riconosce allora
 nell'acqua l'amata e, lasciato l'aspetto umano di prima,
 si muta nella propria acqua, per mescolarla alla mia. <
 La dea di Delo apre la terra e io, precipite, in buie
 640 caverne arrivo a Ortigia, che, a me cara dal nome
 della mia dea, per prima mi riporta all'aria di fuori'.
 Fin qui Aretusa. La dea delle messi aggioga il carro <
 a due draghi, li lega alla bocca col morso,
 parte volando per l'aria tra cielo e terra,
 645 e il carro leggero affida, nella città della Tritonia,
 a Trittolemo: gli affida dei semi, gli ordina una parte
 di spargerla in suolo intatto, una parte in suolo coltivato
 di nuovo dopo tanto. Il giovane, superata a volo l'Europa
 e l'Asia, in un attimo raggiunge la Scizia.

650 rex ibi Lyncus erat; regis subit ille Penates.
 qua ueniat causamque uiae nomenque rogatus
 et patriam, 'patria est clarae mihi' dixit 'Athenae,
 Triptolemus nomen. ueni nec puppe per undas
 nec pede per terras; patuit mihi peruius aether.
 655 dona fero Cereris, latos quae sparsa per agros
 frugiferas messes alimentaue mitia reddant'.
 barbarus inuidit, tantique ut muneris auctor
 ipse sit, hospitio recipit somnoque grauatum
 adgreditur ferro; conantem figere pectus
 660 lynca Ceres fecit rursusque per aera iussit
 Mopsopium iuuenem sacros agitare iugales".
 Finierat doctos e nobis maxima cantus;
 at nymphae uicisse deas Helicon a colentes
 concordi dixere sono. conuicia uictae
 665 cum iacerent, "quoniam" dixit "certamine uobis
 supplicium meruisse parum est maledictaque culpae
 additis et non est patientia libera nobis,
 ibimus in poenas et qua uocat ira sequemur".
 rident Emathides spernuntque minacia uerba;
 670 conataeque loqui et magno clamore proteruas
 intentare manus, pennas exire per unguis
 aspexere suos, operiri braccia plumis,
 alteraque alterius rigido concrecere rostro
 ora uidet uolucresque nouas accedere siluis;

810 Qui c'era il re Linco, e lui va dritto alla reggia.
 Alla domanda da che via e perché venisse, quali il nome
 e la patria, 'La mia patria' rispose 'è Atene famosa,
 il mio nome Trittolemo, non sono venuto né in nave
 per mare, né a piedi per terra: il cielo mi ha dischiuso
 811 la via. Porto i doni di Cerere: sparsi per i vasti campi,
 daranno messi abbondanti e miti alimenti'.
 Il barbaro è preso da invidia, e per esser lui stesso l'autore
 di tal beneficio, lo accoglie in casa e, immerso nel sonno,
 lo assale con la spada. Mentre cerca di trafiggergli
 860 il petto, Cerere lo muta in lince e ordina al giovane
 ateniese di riprendere il volo con la sacra pariglia".
 La migliore di noi aveva finito il suo dotto canto,
 e le ninfe dissero all'unisono che avevano vinto le dee
 d'Elicon. Le sconfitte cominciarono a insultare,
 861 "Già meritavate una dura punizione" disse la dea
 "per averci sfidate, ora alla colpa aggiungete
 le offese: la nostra pazienza non è infinita, sapremo
 punirvi, e ci spingeremo fin dove l'ira vorrà".
 Ridono le fanciulle d'Emazia, irridono le minacce.
 870 Ma mentre cercano di parlare, levando le mani
 sfrontate tra grandi grida, videro penne spuntare
 da sotto le loro unghie, le braccia coprirsi di piume,
 vedono l'una all'altra sul volto spuntare un rigido
 becco, e volare, nuova razza di uccelli, verso la selva.

651. qua: quid Urb^c M^{2c} F^{2a} χ 657. tanti quod E(M^{ac})N^{ac} 662. hic incipit
 liber sextus in U | doctum E^c: doctis Urb: dictos L | cantum Urb E(M^{ac})(N^{ac})(U^{ac})
 665. iacerent Δ P: fac- Urb^{2c} M^{2c} BGFL | dixi Urb E^{ac}N^{ac} 669. rident Emathi-
 des Heinsius: ridentemque ath- EM^{ac}: ridentemque ath- M^c P: rident ath- BFL (athipe-
 des): rident enipedes Urb M^{2m}N^c G (an-): rident tespiades U^{3c} | minacia Δ B^{ac}G^c:
 minantia U^{2c} Σ 670. conat(a)equae Urb^{2c} E^cM^c Σ: -ntesque Δ | loqui: oculis Urb¹
 E^{ac}(M^{ac})N^{ac} | et magno M^{ac}(N^{ac}): m. et BFGL: magno Ω

675 *dumque uolunt plangi, per brachia mota leuatae*
aere pendebant, nemorum conuicia, picae.
nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit
raucaque garrulitas studiumque immane loquendi».

675. *dumque uolunt plangi: plangere d. u.* U^{3c} BFGL | *mota: nota* Urb^{ac} E^{ac} N^{ac} B^{ac} F
 677. *nunc: tunc* Markland

675 Nel battersi il petto, sollevate dal moto delle braccia
 si librano in aria: gazze, petulanti abitatrici dei boschi.
 Ancor oggi negli uccelli è rimasta l'antica facondia:
 una roca garrulità, un'immane passione di ciarlare».

<

OVIDIO
METAMORFOSI

a cura di A. Barchiesi

Piano dell'opera

Volume I
Saggio introduttivo
di C. Segal

LIBRI I-II

traduzione di L. Koch
commento di A. Barchiesi

Volume II
LIBRI III-IV

traduzione di L. Koch
commento di A. Barchiesi e G. Rosati

Volume III
LIBRI V-VI

traduzione di G. Chiarini
commento di G. Rosati

Volume IV
LIBRI VII-IX

traduzione di G. Chiarini
commento di E.J. Kenney

Volume V
LIBRI X-XII

traduzione di G. Chiarini
commento di J.D. Reed

Volume VI
LIBRI XIII-XV

traduzione di G. Chiarini
commento di P. Hardie

Testo critico basato sull'edizione oxoniense di R. Tarrant

OVIDIO

METAMORFOSI

Volume III
(Libri V-VI)

a cura di Gianpiero Rosati

Testo critico basato sull'edizione
oxoniense di Richard Tarrant

Traduzione di Gioachino Chiarini

FONDAZIONE LORENZO VALLA
ARNOLDO MONDADORI EDITORE

Questo volume è stato pubblicato
grazie alla collaborazione di
Assicurazioni Generali
Fondazione Cariplo
Fondazione Carisbo

*This edition reprinted and translated,
with additions, by Fondazione Lorenzo Valla
by arrangement with Oxford University Press.
First published by Oxford University Press in 2004.
Richard Tarrant © 2004*

ISBN 978-88-04-58348-6

© Fondazione Lorenzo Valla 2009
I edizione settembre 2009

www.librimondadori.it